absente per tres dies vel et ultra detur termi-
nus usque in quindecim dies iudicis arbitrio dum-
modo ille qui absentiam allegaverit iuret quod
non malitiose vel causa calumpniandi predicta ponat
et si infra terminum datum reus vel eius
procurator vel defensor pro eo non comparuerit, pro-
detur contra eum ut supra dictum est. De sus-
pectatione facienda de iudicibus et notariis civitatis communis.

Item statuit quod si actor apud unum ex tribus iudi-
cum proponatur querimonia seu fecerit aliquem
citari reus possit cum simplicibus libris suspe- xxvii
tum dicere et habere infra quinque dies a die cita-
tionis sibi vel domui facte et alium sibi non suspec- xxvii
tum eligere teneatur infra dictos quinque dies.
Quem si actor noluerit habere suspectum idem actor
eligat alium apud quem si reus causari nolu-
erit nichilominus primus iudex in ea pro-
cedat. Salvo quod si reus infra dictos quinque dies
et etiam infra duos dies postquam fuerit citatus coram
dicto iudice electo per actorem possit omnes tres iudices
suspectare et sibi eligere iudicem causarum civilium
potestatis. Et notarius teneatur scribere diem suspecta-
tionis et consensum et si non reperietur scriptura
inquiratur notarius vel eius et causa ambigui-
tatis contingit de suspicione sua declaretur per
iuramentum rei. Et notarius possit etiam haberi suspectus
modo predicto. Salvo quod si non erunt omnes tres
iudices curie suspectati et coram eis causa agere-
tur non possint omnes tres notarii suspectari.
Additum est huic capitulo s. quod omnes tres iu-
dices et notarii possint suspectari tam ab actore
quam reo. De quanta quantitate notarii possint cognoscere.

Item quod notarii possint cognoscere de causis civi-
libus a decem libris infra nisi aliud xxviij
processerit de partium voluntate. Et si aliquis fece- xxviij
rit vocari aliquem coram notario quod reus
possit ipsum notarium suspectare infra quinque
dies et tunc actor debeat eligere quinque alios
notarios de quibus reus unum eligat et si
aliquem eorum reus eligere noluerit primus
notarius in ea procedat. Et omnibus valeamus

in die sabbati vel mercurii tantum terminum debeat
assignari nisi aliud processit de partium volunta
te. Et iudex notarius quandam dierum utilium debeat
partibus terminum consignare et curtare
post iuramentum calumpnie. **De salario et re**
cipiendo per notarios iudicum curie causarum civilium scripturis.
Item statuimus quod notarii de curia consulum iustitie tam iudicum
xxviii causarum civilium de scriptura quam fecerint
accipiat a qualibet parte pro scriptura libel
li litis contestatione et iuramento calumpnie denarios
xxviiii quatuor. Et si aliqua partium voluerit sibi
dari in publica forma ab eo accipiat denarios
sex. Et pro qualibet positione et responsione denarios du
os et responsionem denarios viii. Et pro exemplatura
in publica forma denarios duos. Pro scriptura
positionis sive in quaterno habeat duodecim denarios
a partibus. Si vero sententia fuerit a .l. libris supra
habeat a partibus denarios sedecim inter ambos et publi
catura cuilibet in publica forma habeat a par
te sua denarios decem et octo. Ab inde vero supra
sed duos. Pro qualibet vero teste examinatu
ra et scriptura in actis denarios tres a producen
tibus et tantundem pro exemplatura in publi
ca forma. Et iudex notarius teneantur et debeant
habere cartas eis necessarias ad suum officium
et actramentum eorum propriis expensis. **De ho**
ris consiliis potestas et iudices ei debeat sedere ad bancam.
Item statuimus quod potestas et iudices potestatis horis con
xxix sitis debeat sedere ad bancam in palatio
xxx comunis ad ius reddendum tam in civilibus quam
in criminalibus questionibus. Nisi forte esset co
silium in palatio vel aliqua alia incommoditas
in quibus casibus debeat esse sub porticu
ad ius reddendum iudices vero et notarii curie et
notarii curie stent ad ius reddendum in platea

in platea comunis sub porticu vel in platea sicut con
tingit circumstantiis. Additum est huic capitulo quod
si alibi redderent ius non valeat nec teneat.
De testibus producendis in causis civilibus.
Item statuimus quod quelibet pars in causis civilibus
que ventilarentur coram iudice potestatis vel iudice cu
rie civilium causarum a decem libris supra debeat et xxxi
possit testes quos voluerit introducere infra xxxi
viginti dies utiles a die qua iuraverit de ca
lumpnia. Testes vero quos ad reprobandum quos no
luit introducere possit et debeat eos introdu
cere infra octo dies post testium apertionem. In ca
sibus casibus testes sint absentes quo casu
pro testibus absentibus iudex possit terminum
prorogare prout sibi videbitur et committere
receptionem testium in locis in quibus testis mora
retur vel esse dicerentur seu dicatur prout ipsi
iudici videbitur. Et ultra sex plures testes
non possint recipi. Post decem vero dilationes et testium
apertionem iudex debeat partibus dare terminum octo dierum
ad producendum infra que producere voluerit in
ea post quem terminum infra non possint nec debeant
recipi nisi producti nisi volens producere iuraverit
se infra impedimentum habuisse. Additum est huic capi
tulo quod testes deponant dicta ipsorum infra termi
num ad singulos actus. Et si infra dictum terminum
non deposuerint dicta ipsorum actum vacuum ha
beantur ~~pro non~~ pro non productis et non vani
us et eorum dicta non valeant. **De sententiis diffinitivis diffiniendis.**
Item statuimus quod iudices civilium causarum et quilibet potestatis
ad ius reddendum in causis civilibus debeant
causas diffinire et ferre diffinitivas sententias infra duos xxxii
menses utiles in quibus procedi potuit in ea co xxxii
putandos a die quo fuit iuratum de calumpnia a par
tibus nisi partes se concordaverint. Salvo quod de

ratione absentie testium fuit terminus prorogatus ultra viginti dies utiles ad probandum et octo ad reprobandum quod tunc tantum dies terminus prorogatus fuit ratione absentie testium. tantum plus habeat iudex ad prolationem sententie ultra decem dies institutos. Et predicta omnia non vendicet sibi locum ubi partes inter se sponte terminum prorogarent. De sacramento prestando in declaratione debiti ubi instrumentum publicum non apparet.

Item statuimus quod quicumque fecerit aliquam vocationem pro mobili
xxxiii et reus se non constrinxerit quod in dicta vocatione sit instrumentum publicum non apparet. declaretur debitum per sacramentum actoris et tenetur quod actor calumpnie non petat. et hoc faciat antequam in possessionem mittatur. De testibus cogendis ut veniant ad testimonium perhibendum.

Item statuimus quod potestas et iudex et quilibet potestas ad iura reddenda in causis civilibus debeat cogere
xxxiiii testes apte productos ut coram eis compareant et perhibendum testimonium veritatis. Et si testis vocatus non venerit puniatur ut in libro tertio evidentius continetur. Nichilominus cogatur per ipsum iudicem testimonium veritatis perhibere nisi se rationabiliter excusaverit. Et hec si testes fuerint morantes in districtu spoleti. Si vero fuerint extra districtum spoleti vel et in districtu in aliquibus castris distantibus a civitate ultra octo miliaria possit iudex ipsorum testimonium committere prout sibi videbitur vel testes qui fuerint in districtu cogere ad veniendum quod sit arbitrio iudicis. Si vero testis fuerit senex vel valetudinarius vel aliquo iusto impedimento detentus iudex possit committere receptionem et examinationem. Et si aliquis introduxerit testes post terminum ipsorum faciat eos deponere dicta sua infra terminum sibi antea assignatum. alioquin ab ipso termino maneant habeanturque pro non introductis et non iuratis. Salvo si per eum qui eos introduxit non steterit. et in calpano fuit. Et iudex teneatur nomina testium aperire eorum dicta teneat in secreto. addimus huic capitulo videlicet quod si aliquis opposuerit aliquam exceptionem de testibus absentibus extra provinciam quod iudex coram quo est ipse debeat assignare terminum quindecim dierum tali opponenti exceptionem. infra quem si non probaverit condempnetur in expensis alteri parti sacramento ipsius partis.

Quomodo et qualiter debeat petitionibus respondere

Item statuimus quod qui aliquis interrogatus ut respondeat petitionibus adversarii et iudex non permittat xxxv
stare ad vocem illius qui debeat respondere et si interrogetur tertio et non respondeat habeatur pro confesso. Et hoc si positio non sit implicata quam iudex clare et aperte debeat explicare. Et de qualibet clausula interroget. Alioquin non preiudicet Nota
interrogato sive respondeat sive non. Et hoc idem si positio sit impertinens. Et ita demum tertio interrogatus non respondens habeatur pro confesso. Si iudex hoc sibi predixerit quod eum habebit pro confesso et constet in actis. Et cogat quilibet ad respondendum antequam recedat ubi interrogetur de facto alieno quo casu si petitur detur dilatio ad deliberandum. Quod filius familias ante litis contestationem se patrem habere debeat allegare.

Item quicumque filius familias fecerit aliquem contractum xxxvi
et ipse de eo cum adversario litigaverit ante litis contestationem debeat allegare se patrem habere alioquin valeat processus factus et sententia. Et qui allegaverit se patrem habere compellatur pater ad consentiendum. De feriis Rubrica.

Item statuimus quod de terminis iudiciorum in causis civilibus detrahantur quinque dies qui precedunt xxxvii
et quinque qui secuntur nativitatem domini

bonu-

et octo qui precedunt et octo qui sequuntur resurrectionis domini. et octo qui precedunt et octo qui sequuntur festum sancte marie de agusto. et dies quibus cives spoleti fuerint in exercitu et dies festivitatis beate marie virginis et dies apostolorum et dies dominicales et diem festivitatum omnium sanctorum et diem beati francisci et beati dominici et beati augustini et beati symonis. sancti gregorii de spoleto sancti barattali. sancti angeli. sancti sabini sancti pontiani. et dies quibus officiales tenerentur infirmitate et quibus non possent interesse ad ius reddendum preter dies quibus imponuntur ferie de consilio generali et speciali. Et dies feriarum temporum messium et vendemiarum quibus temporibus imponantur ferie a consilio generali et speciali. silicet uno mense tempore messium et uno tempore vendemiarum mense. et non plus. quibus dies omnes sint feriati. et partibus iudicio non currat. additum est huic capitulo quod non obstantibus si feriis remanet in iudiciis quo in illis diebus non reddatur ius. Quod tutor et curator possit intrare possessionem bonorum pupilli que fuerunt patris et matris.

xxxviii xxxvii Item statuit quod tutor vel curator pupilli possit intrare curatorio nomine in possessionem bonorum que fuerunt olim patris et matris tempore mortis eorum sine pena et banno nisi ipsa bona fuerint vendita vel possessa iudicis auctoritate vel alio iusto et legitimo titulo

De alimentis prestandis mulieri que remansit vidua.

xxxviiii xxxviii Item statuit quod si aliqua mulier remansit vidua et ex ea non remanserint filii debeat habere alimenta condecentia secundum quantitatem dotis et bonorum mariti si morari noluerit ab illo qui habet et tenet dotem donec ipsius dotes redibuerint. Quod quilibet debeat audire appellationes et appellationibus minime respondere.

xl. xl. Item statuit quod iudex civilium causarum quilibet qui preest ad ius reddendum in civitate spoleti non possit nec debeat respondere appellationibus ab ipsius sententia vel processu dicendo quod non credat appellantem gravasse vel gravatum aut quod sit paratus revocare gravamen vel similia verba dicendo set quilibet qui appellaverit libere dimittat et prosequi causam suam coram exgravatore seu iudice appellationis. sine aliqua responsione. et qui faceret in predictis centum

vice qualibet puniatur. et ipsius responsio nullius valoris existat et hoc locum habet si ad exgravatorem comunis spoleti fuerit appellatum. Quod potestas et capitaneus et eorum iudices teneantur pronuntiare processibus secundum consilio alterius iudicis.

Item quod potestas et sui iudices. capitaneus sive exgravator et iudex eius teneantur per se et sine consilio alterius iudicis qua suorum super processibus habitis coram eis procedere et pronuntiare nisi ab aliqua parte fuerit petitum quod super expensis habeat consilium. quo casu receptis suspectis a partibus. consultore assumat. et si ille qui hoc petierit victor extiterit altera pars eidem ad restitutionem expeditis salarii teneatur xli xli

De non vocando aliquem coram diversis iudicibus.

Item statuit et ordinat quod nullus notarius civitatis possit nec debeat audire aliquam questionem nisi de hominibus civitatis sue et de possessoribus hominum civitatis sue et quod nulla persona possit nec debeat facere vocari aliquem vel aliquam personam nisi coram uno et eodem officiali sive de uno facto sive de diversis factis et si coram alio faceret vocari non valeat nec teneat. De pena notariorum baiulorum recipientium salarium ultra statutis preceptum. xlii xlii

Item statuit quod notarii civitatis sint contenti de salario concesso in statuto et si ultra reciperet solvat qualibet vice pro banno. decem libras denariorum. et officium quod postmodum exerceret non valeat ipso iure. Et si aliquis vocatus comparuerit in termino sibi dato vel dando et actor non comparuit in ipso termino quod debeat xliii xliii

ipsum licentiaverit et non darent sibi alium terminum
sub pena predicta et non est de eo concordia ptm
De salario dando consultoribus.
Item quod nullum salarium quod alicui consultori daretur
super aliquo dubio quod in aliqua causa seu questione
xliiii inciderentur possit excedere summam quinque solidorum pro qua
liber partium. Si vero super aliqua diffinitiva sententia
contigerit consultorem assumi possit salarium consulti
ascendere tantum summam denariorum trium pro libra pro qua
libet parte dummodo totum salarium non exce
dat summam viginti solidorum pro qualibet parte
dummodo in aliqua causa aliqua varietas non cogatur.
Additio: hinc capitulo additum est quod nullus qui habet ferre sen
tentiam non possit nec debeat assumere aliquem sapientem
sive iudicem non petitur ab aliqua partium et si pete
retur et poneretur iudex sive consultor quod salari
um talis consultoris non excedat summam quinque solidorum. Et si
aliquis iudex vel consultor acciperet ultra quantitatem
quinque solidorum tam ille qui daret quam etiam consultor qui
acciperet vel accipi faceret puniatur in decem libris cortonensium
et consilium eius non valeat ipso iure. De salario
solvendo camerario communis in civilibus causis.
Item quod quilibet iudex vel alius potestas ad ius
reddendum in causis civilibus libellus offeretur
xlv seu daretur faciat exprimi in ipso libello extima
tionem rei petite vel certa quantitas petatur non peta
tur et ante litem contestatam faciat solvi camerario
communis pro qualibet libra denarios sex extimationis pro
dicta vel quantitatis petite cum petatur quantitas qua
ntitas et hoc salarium solvatur camerario communis. Si que
stio fuerit coram iudice potestatis. Si vero coram officia
libus civitatis spoleti eius officialis coram quo
questio erit recipiat denarios tres pro libra et alios tres
pro libra camerario communis persolvatur. quod salarium
ab actore solvatur ante litem contestatam vel ante exe
cutionem precepta ut eadem die non potestati sit de
solvendo. et si fiat contestatio super exceptione quod proponeretur
ab eo proponitur salarium ab actore solvatur. Et si sa
larium solutum non fuerit modo predicto litis contestatio
et processus nullius valoris existant. Et si ille
qui extimavit rem petitam parum extimaverit et eo
depnat ad restitutionem ipsam retinere et habere voluerit
hoc possit. solvendo victori extimationem ab eo fac
tam. et quartam partem plus. Et tunc victor teneatur
rem reddere per publicum instrumentum dum tamen in causa principa
li vel in civilibus vel appellationibus salarium non exce
dat quinquaginta solidos cortonensium. Et in criminalibus et
civilibus quantacumque fuerit quantitas in sententiis vel
condempnationibus excepta. De salario recipiendo per
notarios vayrary pro scripturis.
Item quod nullus notarius vayrarie recipiat aliquid pro precepto
scripto in quaterno nisi denarios duos. Et pro scriptura
in quaterno denarios tres et pro exemplatura in publica xlvi
forma denarios tres. Et pro scriptura positionum in qua
terno ab apponente denarios duos. a respondente denarios unum
et notarius emat cartas de suis denariis. Et de precepto et sen
tentia sub una publicatione denarios duodecim et sit in arbitrio
victoris partis recipere suam et potestatis a decem
solidis infra non fiat sententia fiat solum preceptum si debe
bitum constiterit. Et notarius vayrarie teneatur reddere pre
ceptum et sententiam infra octo dies postquam fuerit a po
testate et si contra fecerint puniatur in solidis quinque. Et
ipsi banna bestiarum non recipiant sed deveniat
in manibus camerarii. Et ipsa banna et quelibet
alia datorum dampnorum ipsi vero notarii non recipiant. Et
si contra fecerint et fraudem commiserit in predictis vel aliquo
predictorum puniatur per potestatem in solidis viginti. Et
ipsi notarii teneantur dare camerario copiam ban
norum que fuerint in actis ipsorum

Quod assessores debeant notarios de officio delegare.

Item si quis iudex noluerit notarium officium delegare compulsus sit cum eo ad examinationem et terminationem causarum cum esse possit ad predicta. Et si sibi placuerit et si non
xlvj luerit coram eo ad ius reddendum debeat notarium officium delegare iudex supradicte. **De pignoribus et tenutis vendendis aut iudicis.**

Item quod habentes pignora vel tenutas sibi datas per curiam liceat ea vendere et alienare pro suis debitis duplis et expensis condempnationis iudicis, factis bandi
xlvij mentis duobus et si vendi non potuerit creditori in solutum debeat assignari tantum quantum debitum fuit diligenti examinatione prehabita. Quod superfluum fuerit debitori restituat. Si minus debito fuerit per debitorem debeat adimpleri. Et idem sit in tenutis datis in contumacibus et tenutis datis in debitis confessis. Et diffinitivis sententiis si apparuerit debitum et clarum fuerit instrumento vel alio modo legitimo. Et dilationes et bannimenta fiant omni banditorum ad predam fiant ut de iudicis processerit voluntate. Et potestas sive iudex cogat debitorem ad instantiam creditoris ut debitori consentiat. **Quod questiones dandi debeant iuramento.**

xlviij Item statuit quod potestas et quilibet positus ad ius reddendum quod in civilibus causis contra quo aliquis vocatus fuerit faciat ad petitionem actoris vel rei questionem dandi iuramento quo casu salarium solvi non debeat.

De expensis restituendis.

Item statuit ad hoc ut lites imposterum minuantur
l que contra iustitiam moventur quod quandoque ad petitionem alicui vocatus fuerit coram iudice vel alio qui preest ad ius reddendum et actor contumax fuerit die termini amplius non audiatur si prius vocato omnes expensas restituat. Et idem in reo contumace debeat observari. Et si ordinato iudicio per potestatem vel alias insurgant dubia super quibus interlocutoria feratur vel in principali causa diffinitiva sententia semper in omnibus et singulis victus victori expensas restituat. Et cogatur per potestatem et iudicem et quemlibet alium ad ius reddendum restituere datas expensas infra tres dies post platam sive interlocutoriam seu diffinitivam. Et cognitor seu iudex appellationem non admittat nisi prius qui appellaverit victus datas expensas victori restituat. Et si contra factum fuit processus factus super ipsa causa non valeat et expensas predicte declaretur sacramento victoris iudicis taxatione premissa. Et idem locum habeat in expensis factis in causa appellationis ut victus victori in ipsa causa restituat expensas modo predicto.

De copiis dandis de libris causarum et notariorum.

Item quod potestas et quilibet positus ad ius reddendum lj
teneatur ex suo officio sine strepitu iudicii cogere tabularios et notarios et heredes et successores eorum et omnes qui tenent librum seu libros eorum de scripturis que sunt in libris notariorum tabulariorum tam de datis quam de receptis a quocumque. Et cuicumque dare copiam ad petitionem cuilibet contra eis vel alterum ipsorum facere habent vel in eorum scriptura vellet contra eos vel contra alteram personam vel vellet ipsam scripturam et predicta vendicet sibi locum in preteritis et futuris. **De fideiussoribus et principalibus conservandis indempnibus ab illis qui se pro alio obligaverint.**

Item si quis fideiussor vel fideiubebit vel principalis
se constituerit debitorem pro aliqua persona in aliquo debito et satisfecerit vel condempnatus fuerit ille pro lij
quo se obligaverit debeat conservare indempnem. Et si talis qui se pro aliquo obligaverit ipsa de causa fuerit citatus tantum semel ille pro quo se obligaverit debeat eum defendere et defensionem in se

[illegible] et super hoc appellatur vel officio sine stre-
pitu iudicii. et eum indempnem debeat conservare. et
si non incontinenti solvendo ad voluntatem eius cum
quo se obligavit pro eo debeat compelli a predicta
potestate. Et quilibet potestas ad ius reddendum de-
beat observare sine strepitu iudicii ad voluntatem
eorum qui se pro aliis obligaverint. · De conserva-
do · indempne qui pro alio se obligavit.

Item si quis de civitate vel districtu Spoleti fecit
liij vel fecerit aliquod debitum in aliquibus locis
liij accipiendo pecuniam vel alias res vel se alteri
obligando cuius occasione aliquis de civitate Spo-
leti vel eius districtu dampnum aliquod pateretur
Et clarum fuerit quod ille pro quo dampnum passus
est non possit se iuste defendere pro debito
quod fecerat. potestas et iudex teneantur et debeant
facere restitui. Et emendare ab eo qui debitum fecit
vel accepit dampnum passo. cogendo ipsum iuste et re-
rebus ad petitionem ipsius qui passus est. · Quod qui-
libet notarius requisitus possit et debeat scribere protestationes et appellationes.

Item quicumque voluerit appellare vel protestari coram
liiij liiij potestate vel aliquo suo officiali vel coram quolibet alio offi-
ciali. quilibet notarius requisitus possit et debeat
appellationem et protestationem scribere. Et quod potestas
et sui iudices debeant talem notarium cogere ad scriben-
dum ipsam protestationem et appellationem quotiens
fuerint requisiti. Et ipse potestas et sui officiales
non faciant vel prohibeant alium notarium scribere pre-
dicta et si contra fecerint puniantur in capitulo de
penis libro tertio contento et tali precepto vel pro-
hibitione non observante et ipsa protestatio et appellatio
valeat si facta fuerit presentibus tribus ydoneis te-
stibus. · Quod omnes officiales debeant rationari ·

lv Item statuimus quod omnes officiales comunis Spoleti et de
lv. banno. Et exactores civitatis et camerarii et eos
potestates castrorum et villarum banni redeant et
reddere debeant rationem eorum ad ministrationem banni
officii et de quibus debent occasione eorum ad mi-
nistrationis officii coram domino capitaneo et congra-
vatore comunis Spoleti finito eorum officio et ab ipso ca-
pitaneo et congravatore debeant sindicari et ra-
tionari. Et omnis potestas et facultas rationato-
ribus super rationibus contra formam capituli attribu-
ta ad capitaneum seu congravatorem devolvatur.
Et capitaneus sive congravator debeat rationes
cogere ab dictis officialibus sive sindicare eos
infra tempus in capitulo comprehensum. quod de ipsis officia-
libus ratiocinio loquitur. officiales vero
de quibus non est tempus in capitulo comprehensum
infra quod debeant reddere rationem. infra duos
menses post finem sui officii debeant rationa-
ri sive sindicari. Et si predictus capitaneus non ob-
servaverit pro quolibet officiali in quo contra fece-
rit in libris decem debeat condempnari. Et ipse capi-
taneus sive congravator in ratiociniis
ipsorum seu predictorum officialium et ipsorum quolibet
et et rationatores capitanei seu congrava-
toris coram quibus ipse capitaneus sive con-
gravator debebit reddere rationem in dictis
ratiociniis et consilio possint dare delatores
et terminos prout eis placuerit et de ipsorum
arbitrio et voluntate et hoc capitulum sit pre-
cisum nullo alio tenore observari.

De quanta dotis recipienda.

Item statuimus et ordinamus quod si matrimonium [illegible]
vit aliquis morte alicuius uxoris sine liberis lvj
vel patre si in morte mulieris maritus lvj.
retineat quartam dotis dummodo non exce-
dat summam .l. librarum. idem in marito premortuo
dummodo matrimonium sit contractum inter virum

et uxore et ipsam ad domum traduxerit in uxorem.

De syndico et yconomo domini episcopi audiendo.

Item ad honorem et reverentiam venerabilis patris domini
episcopi Spoletani et capituli statuit et ordinat quod si aliquis
syndicus yconomus et procurator vel
R. aliquis alius pro eo et capitulo moverit aliquam
questionem contra aliquem vel aliquos de civitate et
lvii districtu Spoleti in agendo vel defendendo. po-
testas et eius officiales et quilibet alius
officialis de Spoleto eos et quemlibet ipsorum audi-
re et intelligere debeant diligenter et eis et cui-
libet eorum ius et iustitiam facere teneantur sicut
honorabilibus civibus Spoletanis.

Quod nulla mulier dum stabit cum filiis vel filiabus in do-
mo quondam viri sui possit petere dotes.

Item statuit quod nulla mulier dum stabit et morari
lviii voluerit cum filiis et filiabus suis in domo quondam ma-
R. riti non possit dotes petere. Set si voluerit ad
secunda vota transire et dotes recipere et post
restitutionem dotis non possit nec debeat a-
limenta habere occasione quod dicat maritum eam
dominam et massariam reliquisse et hoc locum habeat
si filii sint heredes mariti. De cogendis consortibus

et mercatoribus ad dandum copiam suorum librorum.

Item si quis consors vel mercator vel aliquis ali-
lviiii us promiserit reddere vel solvere aliquam pecuniam
R. et nantam vel aliquid aliud per publicum in-
strumentum vel si inveniretur in libro mercato-
rum vel tabulariorum quod ipse mercator vel con-
sors recepisset ab aliquo aliquam pecuniam [illegible]
vel aliquid aliud. quod potestas et quilibet alius
ad ius reddendum positus teneatur cogere
consortes et mercatores ad creditoris pe-
titionem dandi copiam ipsorum librorum sive
scripturam et teneantur cogere ipsos merca-
tores et consortes et quemlibet alium in persona et rebus
ad voluntatem creditoris. Et quicumque fuerit conde-
mpnatus. mandato potestatis pro eo quod non satisfe-
cerit creditori cogatur ad satisfaciendum ad vo-
luntatem creditoris. Salvo si opponentur le-
gitime exceptiones. Et si quis filius fami-
lias maior decem et octo annis steterit ad ta-
bulam vel ad apotecam et publice contraxerit per
ipsam artem dando et recipiendo. pater et bona pat pro filio
patris sint obligata et obligentur pro suo
filio qui promisit et cui promisit vel cum
quo contraxerit ac si ipse promisisset vel
contraxisset. Et si filius esset legitimus
vel naturalis non obstante in eo quod fecit
dum erat ad tabulam vel ad apotecam si postea
recessisset a tabula vel mercantia. Salvo si pater
probaverit quod fecerit publice promulgari quod non
vult pro suo filio teneri quod addito banno
in curia pater et bona eius pro tali filio non
teneantur. De precepto faciendo debitoribus

viso instrumento debiti per iudicem et quilibet et post ad ius reddendum.

Item statuimus quod quilibet qui positus ad ius red-
dendum possit viso instrumento debiti facere preceptum lx
debitori de solvendo inde ad tres dies salvis ex- R.
ceptionibus quas possit opponere infra predictos
dies tres dies et eas probare per testes
et instrumenta infra alios octo dies et si ad ter- No. ... nas fa... ... accessit ... inquiri ...
minum ab ipso iudice datum non fuerint oppo-
site vel opposite et probate solutum non fuerit.
iudex qui fecerit preceptum cogat debitorem
in persona et rebus ad voluntatem creditoris dan-
do tenutam contra eum vel constringendo eum
ubi voluerit creditor dum modo [illegible]
[illegible] teneatur si fuerit officialis

qui sunt in loco fratrum minorum et loco fratrum pre-
dicatorum que erunt deposite a quatuor annis
citra silicet ad locum dictorum fratrum predicatorum.
Qui libri spectant ad commune Bononie quod ipsi libri om-
nes ut dictum est deponantur in armario comunis sed
in turri ubi manet capitaneus comunis. Et
quod omnes et singuli libri cuiuslibet potestatis pona-
ntur per se in uno loco sive cassa et escarbatum
eam cassam nomen ipsius potestatis. Qui libri
et scripture custodiantur per operarios qui cu-
stodiunt ymagines maioris domus Bononie
pro comuni Bononie bona fide sine omni fraude per dicto
comuni sub bona custodia. habendo quilibet eo-
rum unam bonam clavem vel duas diversas una
ab alia pro ipsis libris claudendis. Qui ope-
rarii possint et debeant dare copiam ipsorum
librorum et scripturarum omnibus petentibus quibus
ipse scripture pertinerent vel eorum parentibus vel per-
sone comunis per eorum notarium si haberet. Et si
non non haberet notarium quod detur eis per consilium
comunis et non aliter ad dictum officium exercendum.
Qui possint recipere a petente scripturas pro eorum
labore et scripture duos denarios a centum libris infra
ab inde supra quantacumque fuerit summa exemplandi
mel. quinque denarios et non plus. De quibus due par-
tes sint operariorum et tertia ipsius sancte Marie
et tertia pars sit notarii pro suo labore scripture
dummodo copiam dare non possint nec debeant nec
ipsos libros deferre ad aliquem locum sine licentia
potestatis et capitanei. Et in fine sui officii
ipsi operarii teneantur et debeant ipsos libros
et scripturas reassignare successoribus
eorum per scripturam publicam. Et qui sunt ad custodiam
ipsorum librorum in fine officii non possint esse de-
inde ad tres ad tres annos.

De removendo cursum aque Saleti.

Et cum strata quedam per pede sancti briti et zanarii zanarii
sit destructa et devastata per aqua Saleti ita quod homines
et bestie per aquosum ire et redire non possunt propter aquam
ipsius Saleti que labitur per dictam stratam et exbat
exagerat dampnum patiatur commune Bononie propter frumentum quod
apportari non potest ad civitatem Bononie arano et
aliis locis. Dictum est ordinatum quod potestas teneatur pre
in calo mensis. congregari et congregari facere omnes
homines qui habent possessiones in plano zanarii qui homines
eligere et eligere debeant et hi duos homines. lxxi.
qui inveniant et invenire debeant cursum dicte
aque sicut eis melius videbitur expedire lxxi
et actare et actari facere dictum cursum ita quod aqua
Saleti non labatur nec labi possit per dictam stratam
et debeat fieri expensis illorum quibus dicta aqua
dampnum facit et in quorum possessiones intraret dicta
aqua si laberetur per dictam stratam. Et dicti homines
habeant potestatem imponendi et distribuendi inter
dictos homines quibus dampnum facit. et potestas tene-
atur dictis duobus hominibus dare fortiam co-
gendi et colligendi dictas expensas sicut eis
fuerint imposite et distribute et quod dicti duo
homines habeant potestatem percipiendi dictis hominibus
quibus dampnum facit dicta aqua si labitur per
dictam stratam et quid voluerint pro dicto opere fa-
ciendo usque in centum solidos pro pena non obe-
dientibus. Et postquam dictus cursus fuerit ac-
tatus vel cum actatus fuerit nullus audeat in-
pedimentum prestare vel in aliquo destruere
vel devastare. Et siquis contra fecerit puni-
atur in centum libris. Et quilibet possit
eum accusare et teneatur in credentia et habeat
medietatem banni. Et hoc capitulum sit preci-
sum huius capitulo nullo alio obstante. Et potestas pre

teneat hoc capitulum observare et observari facere
omni appellatione remota et si negligens fuerit p
p. det de suo salario centum lib. den. cort.